

Decima conclusio. Licit tam numerus prædesti-
natorum, quam reproborum sit certissimus apud
Deum, & materialiter & formaliter, non ita tamen
est certus primus, quam secundus: hanc ponit San-
tus Tho. prima parte. Cuius ratio est, quia apud
Deum certum est omnes qui saluantur, & damnantur,
& quot saluantur, & quot damnabuntur, igitur
numerus tam prædefinitorum, quam reprobatorum,
& formaliter, & materialiter est certus apud Deum.
Secunda pars posita in conclusione, certitudo præ-
destinationis est certitudo cognitionis ordinis, &
euētus, sed certitudo reprobationis est certitudo
cognitionis tātū, igitur numerus prædefinitorū
aliter est certus apud Deum, quā numerus reprobo-
rū, & hæc videtur esse de fide, & docet eā D. Augu-
stus in libro de correctione, & gratia, ubi dicit certus
est prædefinitorū numerus, qui neque augeri
potest, neq; minui: & ponitur contra quodam magi-
stros asserentes numerum prædefinitorū esse cer-
tum tantum formaliter, puta dicendo, centum vel
mille saluantur, sed non materialiter, qui sunt illi
vel illi, ponitur etiam contra Aureolum hic.

Vndecima concl. Nuinerus prædefinitorū nul-
li creature potest esse notus, nisi ex speciali revela-
tione Dei, hec est de fide, quia canit Ecclesia in
quadam collecta, Deus cui soli cognitus est nume-
rus electorum in superna felicitate locandos, & po-
nitur hæc conclusio contra illos qui dixerunt tot
homines saluari, prout Angeli ceciderunt, & etiam
cōtra illos alios qui voluerunt tot homines saluari,
quot Angeli remanserunt, & etiā contra illos alios,
qui docuerunt tot ex hominibus saluari, quot An-
geli ceciderunt, & insuper tot, quot fuerunt Angeli
creati.

Vltima concl. Prædestination quo ad effectū eius
iuuari potest præcibus sanctorum, hec est certa se-
cundum fidem, quia scribitur Genesis quod Isaac
rogauit Deū pro Rebbecca vxore sua, & dedit con-
ceptū Rebecka, & ex illo conceptu natus est Iacob,
qui prædestinatus fuit, sed non esset impleta præde-
stination, si natus nō fuisset, igitur prædestination iuu-
uatur præcibus sanctorū, nō scilicet quo ad præde-
stinationem diuinam, sed quo ad effectū eius; item
legitur in libro Dialogorum Beati Gregorij, quod per
orationes Sancti Gregorij Traianus Imperator
liberatus fuit de inferno ad agendam penitentiam,
& legitur quoque de Sancta Otilia Virgine,
cuius reliquiae habentur in partibus Alemaniae in
in Dięcesi Agentinensi, quod tandem legit, fleuit, &
orauit pro anima patris sui ad dominū, vñque quo
Deus animam illam de inferno liberauit; & hæc
ponitur contra aliquos præsertim Aegyptios, qui
orationibus sanctorum arbitrabantur mutari di-
uinum propositum, sed male intellexerunt, qui
germanus sensus conclusioñis est diuinam præde-
stinationem iuuari præcibus sanctorum quoad ef-
fectum eius, non autem quo ad diuinam voluntatem, seu diuinum propositum.

Discretio Quadragesima.

IN hac distinctione agitur de necessitate præde-
stinationum, quæ materia cum sit difficultata, vt
séri potest explicabitur per diuersas conclusio-
nes, quarum prima est. Prædestination essentialiter

A pertinet ad scientiam vel ad intellectum: hanc po-
nit Santos Thom. p.p. Cuius ratio est, quia dirigere
et ordinare spectat ad intellectum, sed prædestina-
tio dicit directionem, & ordinationem creatu-
ra rationalis in finem super naturalem, igitur con-
clusio vera. Circa quam conclusionem nota ut ta-
ctum fuit supra, quod triplex circumfertur opinio
de hac re: prima est Scoti, Bonaventurae, & Gabrie-
lis he afferunt, prædestinationem esse actum
voluntatis. secunda est Rogerij, & Petri de Aquila
affirmantium prædestinationem spectare ex aequo
ad vtramque potentiam. tercia est, quam proposui-
mus in conclusione, & hanc sequuntur nobiliores
Theologi, vt Durandus, & Aegidius hic, & Alexan-
der Alensis in prima parte summa sue.

Secunda concl. Prædestination addit supra prouidi-
mentam: hanc docuit S. Thom. hic, cuius ratio est,
quia prædestination dicit ultra Prudentiam aliiquid
ex parte prædestinatur, & ex parte finis, & ex par-
te prædestinantis, igitur conclusio vera, quā etiam
supra testigium.

Tertia cōcl. est. Prædestination realiter est in præ-
destinatione scilicet actiue, ponit tamē aliquid in præ-
destinatione, scilicet paſſiue, puta executionem, voca-
tionem, & magnificationem: hanc scripsit S. Thom.
mas p.p. Cuius ratio est, quia prædestination est præ-
scientia beneficiorū Dei, sed præscientia est in pra-
esente, & beneficia in beneficiato, igitur prædesti-
nation realiter est in prædestinante actiue, & ponit
aliquid in prædestinato paſſiue, s. beneficia ipsa.

Quarta concl. Liber vita differt secundum rōnē
a prædestinatione, licet sit idem realiter cum ipsa
prædestinatione: hæc ponit S. Tho. multis in locis,
præterim de veritate, & ratio huius est, quia liber
vita est notitia Dei, quia prædestinavit aliquos in vi-
tam eternam, & omne quod est in Deo est idē reali-
ter cu ipso Deo, & prædestinatione, & liber vita sunt
in Deo, igitur sunt realiter idē, & si differant secun-
dum rationē, sed nota hæc, quod liber vita est mul-
tiplex, vñus qui dicitur liber vita, qā in eo scribunt
ea que deserunt nobis ad consequendam vitam
eternā, & hic liber est sacra scriptura, qā dicitur ēt
liber mandatorum Dei. secundus dicitur liber de
que scribitur Apoc. quod erat clausus, & nullus po-
terat eū aperire, & hic liber dicitur Mysteriū incar-
nationis. tertius liber est ille in quo scribuntur oīa
gesta hominis siue bona, siue mala, & apparetūt in
die iudicii vt scribitur Danielis, & libri aperti sūt,
& hic dicitur liber conscientia. alijs liber dicitur
vitæ, qui est firmissima notitia Dei, in qua cōtinen-
omnes, qui infallibiliter confequeruntur sunt vitam
eternā, de quo scribitur in Psalmis, in capite libri
scriptum est de me, & de hoc intelligitur cōclusio.

Quinta cōcluſio. Reprobatio est præscientia ini-
quitatis cum voluntate permittendi casum in cul-
pam, & inferendi damnationē pro culpa: hanc docuit
S. Tho. p.p. Et ratio huius est, quia sicut prædestina-
tio est actus intellectus cum voluntate conferendi
gratiam, ita reprobatio est actus intellectus cu voluntate
permittendi aliquem cadere in culpam, &
inferendi damnationē pro ipsa, hec ponitur cōtra
Aureolum, Ioannē de Basiliō, & cōtra multos alios
noīes ponētes quatuor illa instātia in quorū pri-
mo Deus nihil vult Iudeū reprobato, sed tm̄ adū ne
gatiū. in scđ o vult Petro prædestinato, acū positiū
puta